

IN EPIST. AD ROMA. ENARRA. Art. XV. Fo. XXVIII.

A sedebit filii Israel sine rege & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Teraphim. Et post hanc reuertent filii Israel, & quent dominum deum suum, & David regem suum, & pauebit ad dominum, & ad bonum eius in nouissimo die. Per David autem oes intelliguntur Christi. Sic scriptum est. Apud Esaiam secundum translationem Septuaginta. Venient ex Sion, i.e. ex populo Iudeorum nascetur & erigetur Christus. ergo etiam modo, quantum ad alios. & auertatur in fine mundi coiter in impietate, i.e. infidelitate & cetera vitia. ab Iacob, i.e. a populo Iudeorum. Et hoc illis a me. secundum abstuleretur pectora corda in fine mundi cum conuerto eos ad Christum. Sic enim alibi scriptum est. Reuertetur & miserebitur nos. Deponit oes iniurias nostras, & proscriptas in profundum maris oia pectora nostra. Porro, translatio Hieronymi talis est. Timebunt quod ab occidente nomine domini, & a ortu gloria eius, cum venient qui torrens violetus, & venient Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniugis in Iacob. Hoc secundus meus cuius est. Secundum euangelium quidem, propter euangelium Christi, cui contradicuntur, sunt Iudei iam inimici deo & bonis hominibus. Et hoc propter vos, i.e. ad vestram utilitatem, quia (ut dicitur eis) deo permisit eos deus execrari, ut eorum exercitatio esset occasio illuminationis Gentilium. Secundum electionem autem, i.e. propter gratiam gratia eligit, sunt quodammodo eorum charissimi deo, singulariter prelecti, sicut apostoli, propter patres, i.e. ut promissiones factae patriarchis, impleretur in his electis reliquo Iudeorum. Vel secundum electionem, i.e. ob exhibitionem beneficiorum dei eis collatorum, & quod ad cultum dei specialiter deputati fuerunt, sunt charissimi. Et hoc propter patres, i.e. quod a feminis patriarcharum sunt. Cur autem propter patres sunt charissimi secundum electionem, subfigitur. Sine poena enim, i.e. sine variatio propostis & dolore, sunt dona dei gratuita, & vocatio dei, i.e. qua vocat, vel vocare decrevit, electos ad gratiam, hoc est, deus non penitet de hoc quod alicibus Iudeorum decrevit atque promisit salutem conferre, sed circa sic ut promisit patriarchis conversionem Iudeorum, sic fiet. Vnde scriptum est. Porro triumpfator in Israele penitentiae non flegetur. Neque enim homo est, ut agat poeniam. Et Iacobus. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quod ergo in Genesi ait. Penitentie me fecisti hominem, metaphorice dicitur. Sicut & illud. Tactus dolore cordis intrinsecus. Vel eti. Sine poena enim homines praecedentes, sunt dona dei & vocatio ad fidem. Non enim propter meritum proprium quod ad fidem vocatur, gratia quod primaria suritur. Ponit præterea sanctus apostolus convenientiam quandam ad declarandum, quod Iudei tandem misericordiam consequentur. Sic enim aliquando sunt idolatria vestra & vos. Gentes non credidistis deo, sed idolis, nunc autem tamen euangelica prædicationis, misericordiam, i.e. gratiam dei, cœperunt etiam propter illogum videlicet Iudeorum. Incredulitatem, i.e. occasione incredulitatis eorum, quia illorum damnatio & excusio, fuit occasionaliter vestra salus atque insertio, scilicet ostensum est, Lita & isti Iudei. Lunc tamen gratiae, non crediderunt in vestram misericordiam, i.e. non crediderunt quod veraciter misericordiam consequenti esset. Vel, non crediderunt, i.e. credendo non peruenierunt in vestram misericordiam, i.e. fidem & gratiam a deo vobis clementer exhibita. Ut & ipsi misericordiam cœsequantur. Hoc est, misericordia vobis impensa, siue eis miserationis acquirendae occasio, quoniam deus, quoniam miserus est Gentibus, tandem dignum ducet misericordi Iudei, quod olim fuerunt populus peculiarius. Sic ergo de Iudeis & Gentibus factum est. Conclusum est enim, i.e. esse concilium, seu conclusi permisit deus omnia, i.e. genera hominum, sicut Iudeos & Gentiles in incredulitate. Ut tercium enim populus multiores idolis deseruerit, ut omnium misereatur. I.e. quodcumque ex omnibus illis conuertat ac saluet. Hanc dictio, ut tenetur hic cœsequitur, non causaliter, sed non ideo promisit deus illos errare, ut miseretur eis. Sic enim nostra malitia est directa causa glorificationis, seu manifestatio pietatis divinae, & ita placet deo. Indirecte tamen est causa eius, ut dictum est, secundum quod bonus deus non permettere malum, nisi bona elicereatur ex malo. Ex consideratione insuper mirabilis, quae de prædestinatione ac reprobatione, & eorum, quae sequitur ex illis, inducta sunt, admirans apostolus, stupens ac tremens exclamat. O altitudo, i.e. sublimis profunditas, & profunda sublimitas diuitiarum, i.e. plenitudinis sapientiae, quantum ad diuinam & superioram scientiam, quantum ad humana ac inferiora deitatis omnia cognoscētis. Cuius notitia quis in se una & simplex cōficit, multis tamē nominibus designatur secunda diuersitate eorum, quae cognoscētur. Quāta autem sit altitudo sapientiae & scientiae dei, ex scriptura aliquod modo innoteſcit. Ait enim Psalmista. Magister domini noster, & sapientia eius non est numerus. Itē. Mirabilis facies est scientia tua ex me, cōficitur eti, & non poterit ad cōfici. Altitudo autem diuitiarum sapientiae dei aliud non est, nisi sapientia dei altissima atque plenissima, i.e. incomprehensibilitate sunt iudicia eius. Iusque quod iudicia dei intelligamus dispositiones regis seu decreta dei de rebus, secundum quod dispositioes istae sunt in mente diuinâ, sive effectus diuinâ iustitiae, quod deus iudicando efficit in rebus; certi est, quod iudicia ista oem capacitate mentis humanae prorsus excedunt, quēadmodū sapientia, scientia & iustitia unde proceduntur. Propter quod scriptum est. Fortissime, magne & potes, de exercitu nomine tibi, magnus cōficio, & incomprehensibilis cogitatu, loboque ait. Digne est inuenire non possumus. Magnus fortitudine

Esa, 59.

Esa, 59.

Esa, 6.

Iohā, 13.

1. Reg. 13

Iaco. 1.

Gene. 6.

Ibidem.

Acto. 13.

Matt. 28

Deute. 7

14.25.

EPIST.

Psal. 47

146.

Psal. 18.

Hier. 32.

lob. 37